Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



10 77

mus Sed qm tunc qui secdm carnem natus fuerat
persequebatur eum qui secdm spiritum et nunc Sed
quid dicit scriptura Eice ancillam et filium eius
non enim heres erit filius ancille cum filio liberae:
itaque fres non sumus ancille filij: sed liberae Qua
libertate xps nos liberauit Gr Letatus sum in
his que dicta sunt mihi in domum dni ibimus V Fiat pax
in virtute tua et habundancia in turribus tuis. Tractus
Qui confidunt in dno sicut mons syon non commouebitur
in eternum qui habitat in hierlm Montes in circuitu eius et
dns in circuitu pli sui ex hoc nunc et usque in sec sailum
Sequentia Abiit iesus transmare secdm johanem
galylee quod est tyberiadis Et sequebatur eum
multitudo magna: quia videbant signa que fa
cebat super his qui infirmabantur Subiit ergo in
montem iesus: et ibi sedebat cum discipulis suis
erat autem pascha: dies festus iudeorum
Cum sublevasset ergo oculos iesus: et vidisset
quia multitudo maxima venit ad eum: dicit ad
philippum Unde emimus panes ut manducent
hi Hoc autem dicebat: temptans eum ipse enim
sciebat quid esset faciturus Respondit ei philippus
Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis.
ut unusquisque modicum quid accipiat Dicit
ei unus ex discipulis eius: andreas frater symo
nis petri Est puer unus hic: qui habet quinque panes
hordeaceos et duos pisces Sed hec quid sunt inter
tantos Dixit ergo iesus: facite homines discu
bere Erat autem fenum multum in loco Discubuerunt
ergo viri numero quasi quinque milia Accepit ergo
panes iesus: et cum gratias egisset distribuit